

## Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 328

Notitia de traditione, quam fecit Sigipaldus in loco nuncupate Pohsolaga. Construxit praedictus Sigibaldus oratorium in curte sua. Deinde veniens supplicando ad venerabilem Hittonem episcopum, ut ibidem venire dignaretur, et sic fecit, et venerabilis episcopus ibidem veniens et alii plerique nobiles viri cum eo adfuissent. Tunc venerabilis episcopus querens, quomodo praedictum oratorium hereditare voluisset, et ille statim prumptus adesset et fatebat se cum tribus mancipiis supradictam ecclesiam hereditare. Tunc venerabilis episcopus consecravit ecclesiam necnon et altarem insuper et reliquias addidit. Tum demum venit praefatus Sigipaldus coram illa multitudine qui ad illam celebritatem venerat et tulit wadium in manu sua et tradidit omnia iura proprii hereditatis quod sibi de paterno vel matrino accedisse videbatur in loco supradicto Pohsolaga ad illo altare et illum altare in manus Hittoni episcopi ad monasterio sancte Mariae in castro sito Frigisinensis in ad domo sanctae Mariae absque ulla contradictione. Et Reginhart. Hrodperht. Kernand. Kundhart. Odolt. Echo. Liutpald. Liutolt. Adalperht. Reginhoh. Drudolt. Aaron. Reginpald. Emicho. Actum anno gloriosissimo Gludouuico imperatore regnante primo indictione VII.